



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

De Discrimine Potestatis Politicæ Et Ministerii Evangelii.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

multi nobilissimi homines multarum gentium
 magno praelio victi in acie ceciderunt.

Ex hac admonitione multæ interpretationes
 iudicari possunt, videlicet, præcipue adhiben-
 dum esse hanc considerationem, an pactum præ-
 cipiat aliquid facere contra mandata Dei, vel
 non possit hoc observari sine violatione man-
 dati diuini.

DE DISCRIMINE PO-
 TESTATIS POLITICÆ ET
 MINISTERII EVANGELII.

Sitne verum dictum :

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Et an Constantinus & Theodosius recte
 fuerint, quod mandarunt claudi templa Idolo-
 rum.

Hæ quæstiones recitantur, vt doctrina de
 discrimine potestatis politica & ministerij Eu-
 angelici repetatur, quam oportet notissimam
 esse in genere humano, & manifestum est hor-
 rida mala sequi, cum non intelliguntur mete-
 rursusq; potestatis, vt cum Nabuchodonosor &
 innumerabiles noua numina instituerunt. Et
 semper fuerunt aliqui Reges honesti Euangelici.
 Et Episcopi excogitauerunt novos cultus, & fal-
 si dogmata, & Romani Pontifices finxerunt, se
 Dominos

Dominos esse regnorum mundi, & ad suam autoritatē pertinere, vacantibus regnis præficere Dominos, vnde hic versus est, qui fuit inscriptus coronæ Rudolphi, electi contra Henricum Quartum, & sepulti in Mersburg, vbi in pugna ei manus præcisa est:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Necesse est igitur extare veram dicitur
 Trinam de utroq; gradu. Prius autem dicamus
 de potestate politica.

Cum multæ tristes confusiones sint in omni gubernatione, cogitant homines profani, hanc gubernationem tantum humanis viribus & consilijs constitui, aut cæco casu ab alijs ad alios voluti. Ac propterea clamant Manichæi, & Anabaptistæ, Magistratus & iudicia esse res damnatas, & latrocinia, & non concessum esse Christiano gerere magistratum.

Contra hos perniciosos errores necesse est bene præmuniri mentes, & tenere, quid sit potestas politica, & quæ sit principalis causa, & vbi sit in voce diuina instituta & approbata, & quod conseruetur à Deo mirabili consilio, & ad quem finem conseruetur.

Est igitur potestas politica, potestas à Deo ordinata, vt sit custos disciplinae & pacis, iuxta leges naturæ, &
 cona

congruentes leges, coercens & puniens
 omnis corporalibus contumaces.

Hæc definitio tradita est à Paulo, qui in
 Rom. Magistratus est minister Dei, ut sit bono
 operi & terrori malo. Vult autem discere
 bona & mala opera iuxta normam, sapientiæ
 nature, cuius radius mentibus humanis insitus
 est, scilicet, iuxta legem naturæ, quæ & in Deo
 Decalogo expressa est.

Nota sit & brevis definitio Aristotelis in
 Ethicorum. Magistratus est custos legis. Vbi
 non fit mentio à Deo ordinatum esse, tamen
 ipsa appellatione legis hoc intelligatur.

Sed ratio obscurius iudicat, ideo Deus ex
 Ecclesia adfirmat, se autorem & conserva-
 torem esse politici ordinis, ut Rom. 13. dicitur:
 Potestates quæ sunt, à Deo ordinatæ sunt. Item,
 qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Constituta definitione, recitemus officia pote-
 statis politicæ præcipua, ut è regione postea fiant
 inspectiora officia ministerij Evangelici.

Primum est, Magistratus sit vox Decalo-
 gi, id est, primum & principaliter tanquam vi-
 cus Dei in genere humano sonet legem Dei
 naturalem, quia genus humanum oportet con-
 sultare cum sapientia & iusticia Dei. Neces-
 se igitur

Se est igitur hanc primam esse vocem magistratus, sicut & Psalmus docet: Ego dixi, Dij estis, id est, officium diuinum gerentes, monstrantes sapientiam & iusticiam Dei. Nec aliud gloriosius de magistratibus dici aut cogitari potest, quam hoc dictum Psalmi.

II. Secundum officium, Attribuit Deus & hanc potestatem magistratui politico, ut suas quasdam leges ferat, sed nequaquam pugnantibus cum naturalibus. Verum est enim, politicos magistratus habere potestatem condendi suas quasdam leges, sed quæ non pugnent cum naturalibus, verum sint determinationes circumstantiarum addendæ generi, & sint quasi adminicula iuris naturalis. Vt Lex naturæ dicit: Filij & filia sint hæredes parentum. Sed Lex magistratum discernit, quæ res tantum ad mares transmittantur, quæ ad puellas, & habet probabilem rationem. Hæc potestas legum condendarum comprehensa est in dicto Salomonis: Per me reges regnant, & iudices iusta constituunt.

III. Tertium officium est: Vt magistratus sit executor diuinarum & suarum legum, id est, exerceat iudicia, & puniat contumaces. Lex enim inutilis est sine executione. Ideo ad Romanos expresse dictum est: Non frustra gladius gerit. Et semper notum sit dictum Aeschilii:

Nulla est utilitas politica, quæ non habet
 terminos aduersus iniuste agentes.

III. Quartum officium. Ad executionem
 pertinet custodiri obediētes, id est, defendere
 contra iniustam violentiam quia in hoc ipso
 exemplo vitæ politicæ, vult Deus conspici dis-
 crimē virtutum & vitiorum, vt sciamus quæ
 illi ipse sit, & quod iudicaturus sit. Non conspi-
 cietur autem discrimē, si nullæ essent fontium
 vitæ, & nulla defensio honestorum.

Sic autem intelligatur executio in penis &
 in defensione, vt discernamus armentarium &
 magistratum. Armentarius, vt custos bouum,
 tantum curat corpora bouum. Sed magistratus
 magis est disciplinæ custos propter gloriam Dei.
 Debet enim esse testis de Deo, & de iudicio Dei
 principum & principaliter. Postea curat corpora.
 Sit igitur custos totius legis, quod ad externas
 actiones attinet, puniat blasphemiam, periuriam,
 iras libidines &c. sicut expresse scriptum est:
 Sit timori malo operi, & honori bono operi.
 Item: Non frustra gerit gladium.

DE INSTITVTIONE ET
 approbatione politici Magi-
 stratus,

Et si conscientia satis munita est perspicua
 de approbatione politici magistratus, quæ
 T mulo